



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

iiij. Quo tempore educendi sint canes in venatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Quo tempore educendi sint canes  
in venatum.*

**V**Tile est, adeoque necessarium subinde in venationem educi canes. Nam si ab ea aliquandiu abfuerint, pigriores tardioresque euadunt.

*Quod utile sit assuesceri canem ut cum  
homine dormiat.*

**C**Anes cum homine dormire, bonum est. Cinde enim mansueti euadunt, ac amare homines impendio occipiunt; ad hæc facilliter vocantur.

*Ad febrem canis.*

**F**ebri laborare canem his signis apprehendes. Aures demittit: tristitiam præ se fert vultu, nec dormit. igitur ex auribus sanguinem detrahes. deinde olei rosacei vncias duas cum vino decoquens, ter interdium infundes, aut rosaceum cum duobus ouis permisce, atque infunde.

*Ad calores nimios, ac dolores canum.*

**Q**uoniam calore nimio canis premitur, hanc medicinam facito. Rumicem herbam pulcre maceratam ac tritam cum duobus ouis & butyro, atque vini Siculi vno sextario admixto, vna cum pipere communi, da illi bibere. Si vero æstu

Y